

invenit: Ergo visio Dei eandem destruet virtualiter. Minor est certa: quia voluntaria profectio summi boni destruit necessarium voluntariam profectioem cuiuscumque objecti peccaminosi, sibi directe oppositam. Major vero probatur: Forma virtualiter continens aliam, virtualiter prestat effectum eius formalem: Sed visio clara Dei est forma virtualiter continens amorem beatificum, cuius est radix, & unus ex effectibus formalibus amoris beatifici est destrueri rationem voluntarii, ad peccatum habituale pertinentem: Ergo visio beatifica hoc ipsum virtualiter prestat.

§. III.

Solvuntur Objectiones.

90 Respondeo primo contra primam conclusionem: Non minus repugnat beatitudini tristitia seu dolor actualis, quam actuale peccatum, sicut enim beatitudo excludit malum culpa, ita & malum poenae. Sed de potentia absoluta, tristitia seu dolor actualis cum beatitudine essentiali, seu visione beatifica, composibilis est: ut patet in Christo, in quo fuit summa tristitia, & dolor, licet ab instanti sua conceptionis esset beatus & comprehensor: Ergo etiam actuale peccatum, cum beatitudine seu clara Dei visione potest subsistere.

91 Respondeo hegando Majorem: tum quia peccatum repugnat beatitudini, ratione visionis beatifica: quae cum sit ejus essentia, seu ratio formalis constitutiva, ab ea inseparabilis est: dolor vero seu tristitia illi repugnat ratione gaudii, seu delectationis beatifica, quae cum non sit essentia beatitudinis, sed tantum ejus proprietates, de potentia absoluta ab ea separari potest. Tum etiam quia tristitia seu dolor non importat averfionem ab ultimo fine nec procedit ex iudicio & discrimine erroneo, sed tantum importat defectum aliquem naturae, five innatum, five illatum, & aliquid ipsi disconveniens, non est autem implicita seu repugnancia, quod visio beata fit simul cum aliquo defectu aut re aliqua disconveniensi ipsi naturae: quia naturam in omnibus esse reparatam & perfectam, non est ipsa essentia beatitudinis, sed effectus ejus, pertinensque ad statum ejus accidentalem, non vero ad substantiam: bene tamen implicat averfionem ab ultimo fine, & iudicium, seu disfaem erroneum, cum beatifica visione subsistere, ut satis supra ponderatum est.

92 Obijcies secundo: Potentia ad peccandum est de essentia libertatis create, vel saltem ejus pars aut complementum: Sed in Beatis remanet perfecta libertas: Ergo & potentia ad peccandum. Respondeo negando Majorem: potentia enim ad peccandum, neque est de essentia libertatis create, neque ejus perfectio, aut complementum, sed potius aliquis defectus illi conveniens per accidens, & prout est in subiecto nondum confirmatum in gratia, vel nondum clare vidente divinum essentiam: Nam ut perbellet discurretur sic se habet ad eligendum ea quae sunt ad finem, sicut se habet intellectus ad conclusiones: Manifestum est autem quod ad virtutem intellectus pertinet: ut in diversis conclusionibus procedere possit secundum principia data: sed quod in aliquam conclusionem procedat, prout terminum ordinem principiorum, hoc est ex objectu visus. Unde quod liberam arbitrium diversa eligere possit, servato ordine finis, hoc pertinet ad perfectionem libertatis ejus: sed quod eligat aliquam diverfionem ab ordine finis (quod est peccare) hoc pertinet ad defectum libertatis. Unde major libertas arbitrii est in Angelis qui peccare non possunt (idem dicendum de aliis beatis) quam in nobis qui peccare possumus. De quo uberius Tractatu sequenti. Disp. 2. art. 3. §. 2.

93 Obijcies tertio: Potest Deus praecipere imponere beato de aliquo actu libero, v. g. de custodia hominum. At supposito illo praecipere, potest beatus peccare: Ergo actuale peccatum, cum visione beatifica potest componi. Major patet, Minor probatur. Supposito illo praecipere, potest beatus omittre talem actum, cum adhuc supposito illo praecipere, libere illum exerceat: Ergo potest peccare peccato omissionis. Respondeo, concessa Majori, negando Minorem. Ad cuius probationem, distinguo Antecedens: stante tali praecipere potest omittre talem actum, omissione physica & naturali, concedo Antecedens; omissione morali & culpabili, nego Antecedens. Vel potest omittre, potentia antecedenti, & in sensu diviso, concedo Antecedens: potentia consequenti, & in sensu composito, nego Antecedens, & Consequentiam. Possunt haec explicari exemplo Christi, qui respectu actus cadentis sub praecipere, fuit liber quoad exercitium, tamen non potuit peccare: quia licet potuerit omittre actum, prout omissione est pura negatio actus oppositi, non tamen quatenus est privatio praedicti actus ut debet, vel quia licet illum potuerit omittre potentia antecedenti, & in sensu diviso, non tamen potentia consequenti, & in sensu composito. De quo in tractatu de Incarnacione Disp. 21. art. 3. §. 3. dum agemus de Concordia libertatis Christi cum ejus impeccabilitate.

94 Dices: actu omittre actum praecipitum, est actu peccare: Ergo potest illum omittre, est posse peccare. Sed quia actu esse hominem, est actu esse animal rationale, & posse esse hominem, est posse esse animal rationale. Respondeo, concessa Antecedenti, negando Consequentiam: Quia arguitur a sensu composito additivum: sicut in ista. Actu non ponere actum praecipitum a Deo, est actu falsificare scientiam Dei. Ergo potest illum non ponere, est posse illum falsificare. Vel claritatis gratia distinguo Consequens: posse omittre actum praecipitum, potentia consequenti, & omissione privative accepta, est posse peccare, concedo. Posse omittre, potentia solum antecedenti, & omissione pure negativa, nego.

Ratio distinctionis est, quia potentia consequens dicitur, quae aliquando est ad actum reducenda, & cui ex nullo capite repugnat cum actu conjungi; unde cum perfecte & complete praestit fit, a nullo praedicato, etiam accidentaliter, in suis extremis praescindit: potentia autem antecedens est, quae ad actum reducenda non est, & cui ex aliqua suppositione repugnat cum actu conjungi, tenditque in actum vel negationem actus, secundum se, praescindendo ab his quae accidentaliter illis conveniunt, & eo quod non sit praestit complete. Cum ergo supposito praecipere de aliquo actu, omissioni illius connexa sit ex accidenti ratio privationis morali, hinc fit quod potentia consequens ad illum omittendum, sit potentia ad omissionem moraliter & privative sumptam, subindeque potentia ad peccandum, non vero potentia antecedens, quae tendit ad negationem actus secundum se, & cum praesione eorum quae ex accidenti illi conjuncta inveniuntur. Unde non valet illa consequentia: Beatus potentia antecedenti potest omittre actum praecipitum: Ergo potest peccare: sicut nec ista: Christus, supposito praecipere Patris de subeunda morte potuit non mori potentia antecedenti: Ergo potuit peccare; & praecipitum Patris non implere.

Nec oblat exemplum quod in argumento adducitur: 95 nam homo est essentialiter animal rationale; omissioni vero seu negatio mortis in Christo (idem dicendum de omissione actualis custodia in Angelo aut beato) non est essentialiter privatio & transgressio, sed accidentaliter, & ratione praecipit per accidens suppositi; potentia autem non potest ab actu dividere, quae sunt illi essentialia, & sic non stat potentia ad hominem, divise ab hoc quod esse animal rationale; potest tamen praescindere ab illis quae accidentaliter conjunguntur cum actu vel negatione ejus, per tendentiam ad illa secundum se accepta; & quia negatio mortis, vel custodia, cadentis sub praecipere, solum est privatio per accidens, & ratione praecipit, quod illi essentiali non est, consequens fit, quod adhuc in instanti praecipit, possit potentia tendere ad illum secundum se inspectam, quoad sibi essentialia, quia ratione solum est negatio, praescindendo ab illa, quatenus privatio est; & consequenter tendere ad illum in sensu diviso, non autem in sensu composito. Quod mille exemplis in omnium sententia admittendis potest manifestari: sed de hoc fufse loc. cit. dicemus.

96 Intubis: Stante praecipere de aliquo actu supernaturali, potest Deus negare beato auxilium efficax ad illum eligendum: Ergo beatus potest omittre actum praecipitum, non solum potentia antecedenti, & in sensu diviso, sed etiam potentia consequenti, & in sensu composito, subindeque peccare. Antecedens videtur certum: cum enim auxilium efficax sit pure gratuitum, & non requiratur ad posse, sed ad agere, Deus nemini tenetur illud concedere. Consequentia vero est manifesta, nam cum auxilium efficax applicet potentiam ad operandum, ad ejus denegationem non solum sequitur potentia consequens & expedita ad omittendum actum praecipitum, sed etiam actualis illius omissione.

97 Respondeo primo, negando Antecedens: sicut enim ex suppositione quod Deus Christo Domino imponat praecipitum supernaturali, tenetur illi dare auxilium efficax supernaturali, quia persona impeccabilis est; ita ex hypothefi quod aliquem elevet ad clarum sui visionem, & illi actum aliquem supernaturali praecipit, tenetur auxilium efficax ad illum eligendum tribuere: quia (ut supra ostendimus) ex vi status beatifici, & clarae Dei visionis, redditur omnino impeccabilis.

98 Respondeo secundo, quod si instante aliquo praecipere supernaturali, Deus omne auxilium efficax, omnemque ad agendum concursum denegaret, omissione talis praecipit non esset privativa & culpabilis, sed pure negativa & inculpabilis: nam, ut in tractatu de peccatis Disp. 4. art. 2. ostendimus, ut omissione fit voluntaria & culpabilis, debet necessario habere annexum aliquem actum, qui sit causa vel occasio omittendi, quique per ordinem ad omissionem sit intrinsece & positive malus. Si autem Deus omnem concursum ad agendum beato denegaret, eo ipso desisset illi omne exercitium liberum, nullamque posset elicere actum, qui esset causa omittendi praecipitum.

Obijcies

in scholis non exponitur, visum est disputationi de proprietatibus beatitudinis istam annexere, & breviter de dotibus & aureolis beatorum hic differere. Pauca etiam de fructibus Evangelicis subnectemus: quia de his hic differunt plures Theologi.

ARTICULUS I.

Quot, & quae ponantur sine dotes in anima beata; & an illae sint habitus vel operationes?

§. I.

Praemittitur quod apud omnes est certum.

Supponimus tamquam certum & indubitatum, quod in beatis dotes debent admittere. Dos enim, si quis rursus accipitur pro dono quo sponfa datur, quando in domum sponsi sollempniter traducitur, tum in solatium matrimonii, ejusque sustentationem, tum in ornamentum ipsius sponsae, ut dicitur lege de off. de jure dotium: unde cum in beatitudine sit conjunctio perpetua inter animam & Deum, & veluti spirituale quoddam connubium, restat, a Theologis assignantur dotes, quasi ornamenta quaedam sponsae, aliae quidem ex parte animae, de quibus in praesenti agimus; & aliae ex parte corporis, de quibus articulo sequenti.

Dices primo: Dos secundum jura non consistit dari a patre sponsi, vel ab ipso sponso, sed a patre sponsae: Atqui omnia dona beatitudinis dantur beatis a patre sponsi, scilicet Christi, secundum illud Jacobi 1. Omne datum optimum & omne donum perfectum, deservitum est descendens a patre lumininum: Ergo dona beatitudinis non possunt appellari dotes, per similitudinem ad matrimonium carnale.

Respondeo primo, quod licet regulariter sponsa datur a patre suo, tamen aliquando datur a patre sponsi, ut ab ipso sponso, vel in poenam, ut si ipse fudit virginitatem & corruptus, ut dicitur Exodi 22. vel propter inaequalitatem conditionis, ut si puella fit longe nobilior, ut junior, vel denique ex nimio affectu & amore ad sponsam, cuius paupertatem aut desolationem vult dote recreare: Unde Gen. 54. Sicutem ob ardentem amorem erga Dinam dixit Jacob & filiis ejus: Auges dorem, & postulate manna. Et propter hanc ultimam rationem, in beatitudine dos tribuitur animae beatae ab ipso sponso, five a Christo, ob simiam scilicet caritatem qua eam diligit.

Secundo responderi potest cum D. Thoma in supplemento 4. q. 95. art. 1. ad 2. concessa Majori, negando minorem; nam Pater sponsi, scilicet Christi, est persona sola Patris; Pater autem sponsa est tota Trinitas: effectus autem in creaturis ad totam pertinent Trinitatem. Unde hujusmodi dotes in spirituali matrimonio, proprie loquendo, magis dantur a patre sponsa, quam a patre sponsi.

Dices secundo: Dos assignatur sponsae, & traditur sponso, ad sustinenda onera matrimonii: Atqui in matrimonio spirituali anima ad Deum, quod incipit in via per fidem & Caritatem & consummatur in patria per clarum Dei visionem, nulla sunt onera, sed potius summa jucunditas & delectatio: Ergo in eo dos assignari non debet.

Responder D. Thomas loc. cit. in solutione ad 8. quod d. 6. ribus per se convenit illud quod per dotes efficiunt, scilicet solatium matrimonii, sed per accidens, illud per eas reperitur, scilicet onus matrimonii quod per eas levatur; sicut gratia per se competit facere justum, sed per accidens, quod de impio faciat justum; Quomodo ergo in matrimonio spirituali non sine aliqua onera, est tamen ibi summa jucunditas; & ad hanc perfectionem dotes sponsa conferuntur, ut scilicet delectabiliter per eas sponso conjugantur.

Ado quod, dos non assignatur solum ad sustinenda onera matrimonii, sed etiam ad decentiam & ornatum sponse, ut sic decentius conjugatur sponso: unde alia est dos naturalis, quae ipsi feminis a natura tribuitur, scilicet virginitas & pudor; alia civilis, quae consistit in bonis fortuna & divitiis: ut ergo anima beata exornetur & decoretur, ac decentius caelesti Sponso conjugatur, debent illi assignari & conferri dotes; quando in domum Sponsi sollempniter traducitur, & in caelestem patriam introducitur. Quomodo igitur, quot & quae sint hujusmodi dotes, & an illae sint habitus vel operationes?

§. II.

Utraque difficultas, duplii conclusione resolvitur.

Dico primo: Tres tantum sunt dotes animae beatae, scilicet visio, comprehensio, seu tentio, & delectatio. Ita D. Thoma 1. p. q. 12. art. 7. ad 1. in supplemento q. 95. citata, art. 3. & alii Theologi communiter.

Probatur conclusio ratione fundamentali. De ratione tria sunt: primum est, ut solum in patria conveniat, nam dos datur ratione matrimonii consummati & inchoati; matrimonium autem spirituale Dei cum anima beata, hoc hic inchoatur per fidem & caritatem, solum consummatur & redditur

DISPUTATIO V.

De dotibus & aureolis Beatorum.

Quamvis Angelicus Doctor hic de dotibus & aureolis Beatorum non disputet, sed reservet ad finem tertiae partis: quia tamen motu preventus illum tractatum non edidit, & supplementum ad tertiam partem communiter

Etiam tribuere debeat corpori glorioso: sed etiam vim & facultatem penetrandi omnia alia corpora: seu esse penetrative in quolibet alio corpore, quantumvis solido, illi communicare? Partem affirmativam tenent plures ex Recentioribus; qui pro hac sententia citant Scotum, D. Bonaventuram, & alios: eamque probant tum ex etymologia nominis: nam subtile significare videtur penetrabile, seu penetrativum, & ideo subtile vocamus intellectum, vel visum, qui obiectum usque ad intima penetrat: tum etiam quia corpus Christi (cui per resurrectionem corpus nostrum conformabitur) per dotem subtilitatis habuit, quod post resurrectionem sepulcrum penetraret, & clausis januis ad discipulos intraret. Unde Ambrosius lib. 1. in Lucam cap. ultimo: *Christus stetit in medio discipulorum januis clausis, non per incorpoream naturam, sed per resurrectionis corpoream qualitatem, impervia usque clausura penetrans.* Nos autem in corpore simili corpori Christi resurgimus: seminatur enim corpus nostrum animale, resurget spirituale. Et Laurentius Justinianus lib. de discip. & perfect. Monachorum cap. 23. Caro (inquit) cum in hac vita degit, & peregrinatur a Domino, animalis natura est: post vero resurrectionis gloriam, tota spiritualis efficitur, ita ut omnia solidum ei sit pervium: non clausis tenet poterit inclusi, non vinculis religata, non restricta custodienda, sed liberam ingrediendi & egrediendi ubi que recipit facultatem.

31 Nihilominus dicendum est, dotem subtilitatis physice, seu efficienter & active, hunc effectum non praestitum, sed moraliter tantum, quatenus ad ejus presentiam, & in signum talis dotis praestatur penetratio illa a Deo, ad voluntatem Beati. Ita S. Thomas in Supplemento q. 83. art. 2. ubi sic dicitur: *Restat ergo quod necessitas distinctionis duorum corporum in situ, causetur a natura quantitatis dimensivae, cui per se convenit situs. . . Subtilitas autem a corpore glorioso dimensionem non auferit: unde nullo modo auferit illi praedictam necessitatem distinctionis situs ab alio corpore: & ideo corpus gloriosum non habet ratione sua subtilitatis, quod possit esse simul cum alio corpore, sed poterit simul cum alio corpore esse ad operationem divinam virtutis. . . Sicut etiam corpus Petri non habuit aliquam proprietatem inditam, quod ad umbram ejus sanarentur infirmi, sed hoc habebat virtute divina ad edificationem fidei: ita faciet virtus divina ut corpus gloriosum possit simul cum alio corpore esse ad perfectionem gloriae.*

Notat tamen idem S. Doctor in 4. dist. 44. q. 2. art. 1. quatuor. 4. quod quavis modo dicto corpus gloriosum possit penetrare non gloriosum, duo tamen corpora gloriosa nunquam se penetrabunt: quia licet hoc de potentia absoluta non repugnet, non est tamen conveniens (inquit) quod corpus gloriosum sit simul cum alio corpore glorioso: tum quia in eis servabatur debitus ordo, qui distinctionem requirit: tum etiam quia unum corpus gloriosum non se opponet alteri, & sic nunquam duo corpora gloriosa erunt simul.

32 Ad fundamentum autem oppositae sententiae, dicendum est, quod hoc nomen *subtilitas* non solum vim penetrandi designat, sed etiam immunitatem ab omni crassitie, & terrene labis concrectione; quae, ut ostendimus, est praecipuus hujus dotis effectus. Unde Albertus Magnus in 4. dist. 43. quaest. 5. *Corpora Sanctorum vocantur subtilia, quoniam jones, crassities, & alia ignobiles proprietates erunt eis ablata.*

Ad illud quod subditur, respondet D. Thomas loco primo laudato in resp. ad 1. *Quod corpus Christi non habuit ex subtilitate dotis quod possit esse simul cum alio corpore in eodem loco, sed hoc factum est virtute Divinitatis post resurrectionem, sicut in nativitate, quando, ut inquit D. Gregorius, ex clauso exit utero Virginis: Et super caput 15. epist. 1. ad Corinth. lect. 6. Non negandum est (inquit) quia corpus gloriosum possit esse simul cum alio corpore in eodem loco: quia corpus Christi post resurrectionem intravit ad discipulos januis clausis, cui corpus nostrum in resurrectione conformandum speramus. Sed sicut corpus Christi hoc habuit, non ex proprietate corporis, sed ex virtute Divinitatis unita; ita corpus cuiuslibet Sancti hoc habebit, non ex dote, sed ex virtute Divinitatis existentis in eo: per quem modum corpus Petri habuit quod ad umbram ejus sanarentur infirmi, non per aliquam proprietatem ipsius. . . Nec obstant verba Ambrosii supra adducta: his enim solum significare voluit, quod sicut corpus Christi, ratione dotis subtilitatis, jus aliquod morale habuit, ut per virtutem divinam, illi connaturaliter debuit, sepulcrum penetraret, & ad Discipulos januis clausis intraret; ita & corpora gloriosa post resurrectionem, ratione dotis subtilitatis, qua erunt praedita, jus quoddam, & existentiam morale habebunt, ut Deus miraculo cum illis concurrat ad penetrationem aliorum corporum quoscunque voluerint. In eodem sensu intelligendus est Laurentius Justinianus, & alii SS. Patres, cum afferant, quod corpora gloriosa Sanctorum, ratione dotis subtilitatis, omnia alia corpora penetrabunt.*

§. III.

Tertia dos corporis gloriosi.

Tertia dos est *agilitas*, id est vis celeriter sequocum: quae movendi, seu maxima facilitas, qua corpus animae ad nutum cedit, maxime quantum ad motum localem, ut brevissimo spatio, ad instar avium, seu ventorum, de loco in locum se transferat. Unde Isaia 40. dicitur de Sanctis: *Assument pennas ut aquila, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.* Et Sapient. 3. *Fulgens justus, & tanquam scintilla in arundinero discurrens; quae utique magna velocitate & celeritate movetur.*

Circa hanc dotem primo notandum est cum S. Thoma in Supplem. quaest. 54. artic. 1. quod per dotes corpus gloriosum erit omnino subiectum animae glorificatae. . . anima autem conjungitur corpori non solum ut forma, sed etiam ut motor: & utroque modo oportet quod corpus gloriosum animae glorificatae sit summe subiectum. Unde sicut per dotem subtilitatis subijcitur ei totaliter, in quantum est forma corporis dani, esse specificum; ita per dotem agilitatis subijcitur ei, in quantum est motor, ut scilicet fiat expeditum & habile ad obediendum spiritui in omnibus motibus & actionibus animae.

Advertendum est etiam, quod dos agilitatis non tollit gravitatem & pondus naturale corporis mixti & terreni, haec enim est proprietas illius, qua non carebit Beatus, sicut nec quantitate & lineamentis debitis, & mixtionem; sed per agilitatem solum impeditur usus & actus illius, non quidem omnis, sed tantum qui enerofus sit Beato, & contra ejus voluntatem: unde poterit Beatus ratione hujus dotis, ut gravitate corporis cum voluerit descendere, temperando illam, autem augendo, ut magis vel minus velociter descendat, vel totaliter impedire usum illius, si voluerit ascendere, sicut attendit Christus.

Denique observandum est, quod licet per dotem agilitatis possit Beatus celeriter moveri, & de uno loco in alium quantumcumque distans, brevissimo tempore, & in mora quasi imperceptibili transire; non tamen in instanti, ut docet Sanctus Thomas loco citato artic. 3. quia huic obstat ipsa natura & quiddam motus localis, qui cum sit quodlibet successivum, & consistat partibus prioribus & posterioribus, non potest fieri in instanti, ut de motu angelico, tam continuo quam discreto, in Tractatu de Angelis ostensum est.

§. III.

Quarta dos corporis gloriosi.

Quarta dos corporis gloriosi est *claritas*, seu *luciditas*: circa quam dubitari potest primo, an illa insit corporibus beatis, non tantum secundum superficiem, sed etiam secundum profunditatem; ita ut praedicta corpora non solum sint lucida sicut specula, sed etiam pervia & transparentia sicut crystallus, ita ut interior organizatio videri perfecte possit?

Partem negativam tenet Tannerus hic dubio 6. secutus Scotum & Durandum; probat, quia (inquit) singulae partes corporis glorificati, retinebunt suum colorem; ille enim requiritur ad pulcritudinem, cum pulcritudo (ut ait Augustinus 19. de civit. cap. 19.) sit partium convenientia cum quadam coloris suavitate: Sed omnis color caussa opacitatem, & impedit transparentiam & diaphaneitatem: Ergo corpora glorificata non erunt transparentia, sed opaca. Addit, quod decentior & optabilior est aspectus corporis humani secundum externam tantum superficiem: eo quod varietas tot partium internarum & minutarum potius confusionem pariat in visu, quam delectationem: ex quo inferat, quod Beata externam tantum corporis glorificati superficiem videbunt, non vero partes ejus internas.

Opposita tamen, seu affirmativa sententia, communior est apud Theologos, eamque expresse docet S. Thomas in Supplem. q. 83. art. 1. ad 2. ex D. Gregorio 18. Moral. c. 13. ubi exponens illa verba Job 28. *Non adequabitur ei aurum vel vitrum, aut corpora Sanctorum comparari auro propter claritatem, & vitro propter transparentiam.* Et cap. 36. afferit, quod post resurrectionem patebit corporalibus oculis ipsa etiam corporis humani harmonia: Verba ejus sunt: *Auri metallum novimus potiori metallis omnibus claritate fulgere. Vitri quoque natura est, ut extrinsecus visu pura, intrinsecus perspicuitate perlucet. In alio metallo quiddam intrinsecus continetur, absconditur: in vitro vero quilibet liquor, qualis continetur interiorius, talis exterius demonstratur; atque, ut ita dixerim, omnis liquor in vitro vasculo clausus, patet. Quid ergo aliud in auro vel vitro accipimus, nisi illam supernam patriam, illam Beatorum civium societatem, quorum corda sibi invicem & claritate fulgent, & puritate translucent?* Quam

Quam Joannes in Apocalypsi conspexerat, cum dicitur: *Et erat fructura maris ejus ex lapide jaspe, ipsa vero civitas aureum mundum similem vitro mundo.* Quia enim Sancti omnes, summa in ea beatitudinis gloria, & claritate fulgebunt, extructa auro dicitur. Et quoniam ipsa eorum claritas, vicissim sibi in alternis cordibus patet, & cum uniuscujusque vultus attenditur, simul & conscientia penetratur; hoc ipsum aurum vitro mundo simile esse memoratur. Ibi quippe uniuscujusque mentem ab altioris oculis membrarum corpulentia non abscondet, sed patebit animus, patebit corporalibus oculis. *His ipsa etiam corporis harmonia, siveque uniuscujusque erit conspicibilis, sicut nunc esse non potest conspicibilis sibi.* Idem docent Augustinus de civit. cap. ultimo, & Anselmus in Elucidario.

Favet etiam Scriptura sacra, nam Matth. 13. dicitur: *Fulgent justi sicut Sol, & Daniel 12. tanquam stella: At sol & stella firmamenti lucent ab intrinseco, & non solum quantum ad externam superficiem.* Ergo etiam corpora Sanctorum post resurrectionem erunt lucida ab intrinseco, sicut crystallus, topazius, adamas, & alia corpora diaphana, & non solum quantum ad superficiem, sicut specula. Unde Cyrillus Hierosolymitanus catech. 18. circa medium. *Justi (inquit) splendebunt ut sol & tanquam luna, & sicut splendor firmamenti.* Et praevideus illam hominum incredulitatem Deus, veribus parvulis aetate, lucidum dedit corpus, ut ex apparentibus crederetur id quod expectamus, qui enim partem potest praestare, poterit & totum; & qui fecit ut vernis lumine splendeat, multo magis illultrabit hominem justum.

33 Quare ad fundamentum Tannerii respondeo, concessa Majori, negando Minorem, color enim corporis non impedit ejus transparentiam & diaphaneitatem, ut docet D. Thomas loco citato, & experientia constat, videmus enim topazium simul retinere colorem flavum, & diaphaneitatem sufficientem, ut in oppositam partem totus videatur, quod fit in medio essent alii colores virides, cerulei, &c. cum eadem diaphaneitate laud dubie videri possent. Falsum etiam est quod addit idem Auctor: quia enim confusionem timeat, & ingentem non speret potius voluptatem, si non solum externam corporis gloriosi superficiem videat, sed etiam interiorum ejus compositionem & structuram? cum in illa tot & tam stupenda appareant artis divina miracula, quae non solum oculos delectare valent, sed etiam animam rapere in admirationem, & laudem divinae sapientiae & omnipotentiae. Quis, inquam, mira delectatione non afficietur, cum tam mirabilem humani corporis fabricam unico veluti ictu oculi intuebitur? cum purpurantes venae, veluti humanae arboris ordinatissimi ac delicatissimi rami, cum ossa, veluti ejusdem artificii solidioris bases, cum sensuum admirabiles officinae, & cor in medio positum, veluti generalis quadam castro, unde sanguis liquor, per totius corporis canales diffusus, continuo manat; cum articuloorum compages, & nervorum tenuissimi nodi, quibus tot & tam variae partes tam mirabiliter inter se connectuntur; cum denique tot alia stupenda & admiranda, in parvo corpore veluti totius orbis epilogos contenta clare & distincte ab eo conspiciuntur.

34 Secundo quaeri potest, an luciditas seu lux corporis gloriosi, sit ejusdem speciei cum nostra luce? Respondeo affirmative cum S. Thoma loco supra citato art. 2. ad 1. quia utraque lux eodem modo debet immutari visum, licet illa sit excellentior nostra in intentione, suavitate, alisque accidentibus; unde etiam oculi non glorificati lucem corporis gloriosi videre possunt, ut ibidem docet S. Thomas: & patet in Apotolis, qui viderunt lucem Christi in Transfiguratione, & in D. Paulo, qui etiam lucem corporis Christi gloriosi vidit, dum proficissetur Damascum, ut ipse testatur Actuum 27. Adde, quod si dicitur lucem corporis gloriosi esse diversae speciei a nostra, idem afferendum erit de albedine, & aliis coloribus, qui erunt in corporibus Beatorum: quod tamen nullus dicere audeat; cum illi eodem modo immutent visum sicut nostri.

35 Dices: Lux corporis gloriosi est supernaturalis, sicut aliae dotes gloriosae: Ergo est diversae speciei a nostra, quae accidens quoddam naturale est.

Confirmatur. Species lucis quam videmus est cum summa sua perfectione in Sole: Ergo cum claritas & lux beatorum sit supra splendorem Solis (ut Paulus dixit loco citato de splendore corporis Christi) erit etiam supra speciem lucis Solis.

36 Ad instantiam respondeo ex D. Thoma citato, claritatem Beatorum esse supernaturalem, quantum ad causam, seu modum quo producitur non quantum ad substantiam, seu speciem, caussa enim a Deo modo supernaturali, licet in seipso fit entitativa naturalis, sicut homo refuscitatus & visus caeco relictus, naturalem speciem habent, licet a Deo ut auctore supernaturali, fiat suscitatio mortui, & illuminatio caeci. Unde etiam dotes corporis gloriosi non sunt supernaturales quoad substantiam, quia non sunt immediate participationes Divinitatis, sicut gratia, Theol. Gener. Tom. III.

& gloria; nec simpliciter & absolute, quia inveniuntur in aliis corporibus, ut velocitas seu agilitas in avibus, impassibilitas seu incorruptibilitas in caelis; sed tantum secundum quid, seu respective respectu scilicet corporis gravis & corruptibilis, quia in illo non inveniuntur.

Ad confirmationem dicendum est, lucem Solis esse in 43 maxima perfectione & intentione quam naturaliter petit ejus species, non tamen in omni perfectione & intentione quam potest a Deo accipere: Deus enim potest producere lucem multo majorem & intensiorem illa quae reperitur in Sole.

37 Quares ultimo, an claritas illa corporis gloriosi immediate causetur a Deo, vel solum mediate, mediante scilicet gloria animae ex qua redundet in corpus?

Respondeo ex D. Thoma 3. p. q. 35. art. 2. & in Supplem. q. 83. art. 1. & pluribus aliis locis; non solum claritatem, sed etiam alias dotes corporis gloriosi, ex gloria animae redundare in corpus.

38 Probat primo: quia id expresse docet August. Epist. 45 ad Dicoforum, ubi ait: *Tam potenter natura Deus fecit animam, ut ex ejus beatitudine redundet in corpus plenitudo sanitatis, & incorruptionis vigor, quia autem ratione emanat ab anima in corpus incorruptum, etiam claritas dimanare potest, quia sicut connectitur cum beatitudine animae impassibilitas, ita & claritas.*

Probat secundo: Sicut ex gratia dimanant virtutes infusae morales, quae appetitum sensitivum perficiunt, ut temperantia, fortitudo, &c. & in statu innocentie dimanabat ex gratia donum justitiae originalis, quod continebatur vires sensitivae, ne contra rationem rebellarent; ita ex gratia consummata patriae, qua anima beata summe unitur Deo, poterunt resurgere aliae perfectiones, seu qualitates in corpus gloriosum, ut operetur, & ornentur convenienter ad statum beatitudinis; subindeque ipsa claritas & lux, quae est praecipuum ornamentum illius. Unde D. Thomas 4. contra gent. cap. 86. *Sicut anima divina visum fruens, quadam spirituali claritate repletur: ita per quamdam redundanciam ex anima in corpore, ipsum corpus suo modo claritatis gloria induitur.*

Tertio probatur: De claritate corporis gloriosi post resurrectionem eodem proportionali modo philosophandum est ac de claritate corporis Christi in Transfiguratione: Sed ista a Divinitate ipsius, & gloria animae ejus derivata est, ut ex Damasceno docet D. Thomas 3. p. q. 45. art. 2. Ergo etiam illa ex gloria animae beatae redundabit in corpus.

39 Nec valet si dicas cum Suarez, Valentia, Aegidio & aliis Recentioribus oppositum sententibus, inter claritatem gloriae animae, & lucem corporis gloriosi, nullam esse per se connexionem, ut haec dicatur proprietas illius, ab eaque emanare, cum illa sit spiritualis & ita corporea. Non valet, inquam, quia sicut est conexio inter potentias corporis quae dimanant ab anima, & ipsam animam, quavis illa sit spiritualis, & ille corporea, & inter virtutes morales infusae, & gratiam sanctificantem, quavis illa resideat in essentia animae, & ille in appetitu sensitivo subijcitur, ut temperantia & fortitudo, ita inter claritatem animae beatae, & lucem corporis gloriosi, potest reperiri conexio & colligatio, & illa dimanare ab illa; quavis una sit spiritualis, & alia corporea. Unde in Scriptura saepe legitimus lucem corporealem ab Angelis, tam bonis quam malis, esse productam; ut patet ex illo Actuum 12. *Angeli Domini abierunt, & lumen resulsit in habitaculo carceris.* Et ex illo Apoc. 18. *Terra illuminata est a facie ejus.* Apotolus etiam asserit 2. ad Cor. 14. quod Satanas figurat se aliquando in Angelum lucis; & in multis historis legitimus Demones aliquando cum luce apparere in corporibus assumptis. Denique Angelos beatos influere lucem in calum empyreum, multorum sententia est, ut declaravimus in Tractatu de Angelis, dist. 4. art. 1. §. 5.

ARTICULUS III.

De Aureolis Beatorum.

Prater essentialem beatitudinem, & dotes animae beatae, 47 & corporis gloriosi, omnibus Beatis convenientes, admittunt Theologi quatuor singulares praerogativas aliquibus solum competentes, ob singularium virtutum egregios actus, quas *aureolas* vocant, sive *parvas coronas*, id est quasi diminutum premium respectu premii essentialis, quod *aurea* dicitur, sive *corona aurea*, tum quia cum purgata & certamine obtinetur: tum etiam quia Beati regnant in caelo, corona autem signum est dignitatis regiae.

Adde quod corona, ratione figurae circularis (quae omnium perfectissima est, & ex eo quod principium fini conjungat, caret ipsa principio & fine) perfectionem essentialis beatitudinis (quae est reditus creaturae rationalis ad suum principium, & animam suo principio & ultimo fini indissolubilitate conjungit) recte declarat.

Porro haec vox *aureola* ex Scriptura desumpta est, nam Exodi 25. fit mentio coronae aureae, quae in mensa templi praecipiebatur superponi coronae aureae: ubi Glossa per primam

redditur indissolubile in patria; adeoque solum in patria dotes sunt admittenda. Secundum est, quod ad solum Sponsam dos terminetur & referatur: matrimonium enim facit ut sponsa fiat unus spiritus cum Sponso caelesti; atque adeo sola illa perfectio que cum Sponso conjugitur, nomen dotes meretur. Tertium est, quod eadem dos respondet solis virtutibus Theologicis; quia enim illas solum contrahuntur sponsalia in hac vita, juxta illud Osee 2. *Sponsa re mihi in fide*, ideo dotes matrimonium ornantes illis solum debent correspondere, qui (subsumo) solum tribus prediis, videlicet, fide, caritate, & dilectione, ut enumerata conveniunt: Ergo tres rationem sunt dotes anime beate &c. Minor subsumptio non est, quod illas tres enumeratas condiciones, non solum habent, sed etiam possident; patet nam illa tria conveniunt in patria, tam intus cum caelesti Sponso, quam intus in fide, ideo, ratione claritatis, correspondet vitiis, quibusque imperfectionem & obscuritatem excludit; comprehensio autem correspondet spei, nam per illam tenemus Deum, ad quem credebamus per spem; unde illius imperfectionem tollit; denique delectatio caritati correspondet, illiusque imperfectionem removet; quatenus obiectum, quod absens per caritatem amatur in via, fit presens per gaudium & delectationem in patria: Ergo &c.

8. Quod autem nulli alteri perfectioni hae tria competere possint, videtur etiam manifestum: nam gratia, caritas, virtutes morales, dona Spiritus Sancti, gratia gratis data, &c. non sunt in hac vita, communia sunt via & patria. Secunda autem revelationes quas beati habent extra verbum, aureolas, & alia gaudia accidentalia, versantur circa aliquid creatum, non circa ipsum Deum immediate; neque correspondent virtutibus Theologicis, quibus contrahuntur sponsalia in hac vita.

9. Addo quod dos (ut docet D. Thomas loco citato) disponit & habilitat sponsum ad ipsam beatitudinem, quasi ad conjunctionem cum Deo, non autem illam comitatur aut consequitur; unde etiam in civilibus dona que sponsum post consummationem matrimonii largitur sponso, non dicuntur proprie dotes, sed sponsalia largitas, aut donatio inter conjuges: Ad praesentia particularis revelationes, seu charismata, post beatitudinem consequuntur in anima, nec omnibus beatis sunt communia, sicut dotes, sed quibusdam tantum, ut aureolas: Ergo nulli alteri, praeterquam visioni, comprehensioni & delectationi, condiciones ad rationem dotes requiritur conveniunt. Ex quo solvantur omnia argumenta, quae contra hanc conclusionem fieri solent.

10. Dico secundo: Dotes consistunt in habitibus, connotando operationes, tanquam proprios actus.

Est contra plures ex Recentioribus, qui dotes anime non esse habitus, sed actuales operationes docent, vel supponunt. Est tamen D. Thomae loco supra citato ex supplemento art. 2. in corp. ubi sic ait: *Dicendum quod beatitudo est deus realiter habitus, ut habitudo dicitur ipsa operatio perfecta, qua homini datur a Deo ut operetur: sed dotes dicuntur habitus, vel dispositiones, vel quomodoque alia quatenus, quae preparantur ad huiusmodi perfectionem, ut rationem. Et in solut. ad 3. Visio (inquit) dupliciter habet accipi, uno modo actualiter, id est pro ipso actu visionis, & sic visio non est dos, sed est ipsa beatitudo: alio modo potest accipi habitualiter, id est pro habitu quo talis operatio elicatur, id est pro ipsa gloria in qua homo est in actu: Ergo dotes non in habitibus, qui beatitudinem continentem praeparant, sed in actibus illam consequentibus, sicut consistunt.* Et sic per dicitur ad quatuor de fide.

11. Nec valet quod aliqui dicunt, D. Thomam retraxisse illam sententiam hic q. 4. art. 3. dotes anime explicando nominibus importantibus operationem, dum ait: *Necessa est ad beatitudinem ipsa via concurrens, scilicet visio, quae est cognitio perfecta intelligibilis finis, comprehensio, quae importat presentiam finis, delectationem vel fruitionem, quae importat quietationem rei amantis in amato.* Non valet (inquam) tum quia in illo articulo non loquitur de visione, comprehensione, & fruitione, ut sunt dotes, sed ut sunt operationes quaedam beatitudinem constituentes, vel ad illam pertinentes, nec ullam plane dotes facit mentionem: tum etiam quia loco citato ex supplemento, eodem modo visionem & fruitionem appellat nominibus importantibus operationem; & tamen nulli dubium esse potest, ibi tenuisse nostram sententiam: Ergo quod iidem nominibus hic utatur, non potest esse signum retractationis. Adde quod, ut praedicta dotes nominibus importantibus operationes explicentur, sufficit quod illas in obiectis, & connotato importent, ut asserit secunda pars conclusionis.

12. Probatur insuper conclusio ratione fundamentali quam idem S. Doctor locis citatis insinuat. Dotes disponunt & ornant animam ad intimam conjunctionem cum Deo, ut supra dictis patet: At visio, comprehensio, & delectatio sunt operationes, non disponunt animam ad conjunctionem, sed vel sunt ipsa conjunctio, vel subsequens: Ergo ratio dotes non actibus, sed habitibus competit.

13. Constat ratio dotes transferri a Theologis ex quo importat manus darum spon-

in caritate, ad significandum, quod anima, quae animam beatorum percipit in suum, non est in actu. At in prima significatio, non actum, sed habitum, ut asserunt: Ergo & in secunda habitum, & non actum, ut significatur.

Confirmatur amplius. Sicut in matrimonio carnali, nisi ridicule, assignare potest pro dote ipsam summationem matrimonii, aut aliquid consecutum ex consummatione, sed necessario assignari debet aliquid antecedens, & quasi habitans & ornans sponsum, ut conjugatur sponso, & tradatur in domum ejus: ita pariter absurdum videtur, assignari pro dote anima beate ipsam visionem, quae est ipsa consummata affectio finis, & conjunctio ad Sponsum, seu consummatio supernaturalis matrimonii, quod Deus contrahit cum anima beata, & delectationem seu fruitionem, quae sunt operationes post consummationem secute: Ergo dotes anime beatae, non in huiusmodi operationibus sed in habitibus luminis gloriae, & caritatis, eas antecedentibus, debent formaliter consistere; & huiusmodi actus ad summum de connotato & in obliquo importare, ut asserit secunda pars conclusionis. Quod ut magis declaratur & adversariorum argumentis occurratur.

Advertendum est, duplicem rationem seu formalitatem in his habitibus reperiri: nam prime habent quod sunt principia efficiendi operationes, quae vel sunt consummatio beatitudinis, vel ad illam sequuntur, & sic non magis inducunt rationem dotes, quam ipsa consummatio matrimonii: secundum, quod elevent animam ad quendam statum altiorum, & dissimilem a statu viae, ratione cuius non possunt amplius habere imperfectiones huius vitae, & sub hac ratione inducunt rationem dotes, id est ornatas, & dispositionis: sponda ad illas nuptias divinas. V. G. lumen gloriae non solum habet minus efficiendi visionem Dei, sed etiam disponendi intellectum ad recipiendam divinam essentiam loco speciei, & ita clarificandum intellectum, quod non fit capax illius obscuritatis, & fidei, sed solum evidentiae & claritatis, & sub hac ratione vocatur visio habitualiter & per modum dotes, quatenus ex vi illius luminis videtur summum visibile, & non remanet intellectus in statu ullius obscuritatis & imperfectionis. Similiter comprehensio, quatenus est dos, dicitur eundem habitum luminis gloriae, non ut clarificandum intellectum, & disponendum ad recipiendam essentiam divinam ut speciem intelligibilem (sub hac enim ratione & formalitate, ut diximus, constituit dorem visionis) sed ut tenentem habitualiter ipsam visionem, quae est tentio seu comprehensio actualis, ut magis constabit ex infra dicendis. Dos denique fruitionis, seu delectationis, est ipse habitus caritatis, non ut principium amoris (sub hac enim ratione reperitur etiam in via) sed ut causans delectationem beatificam, quae specie ab amore differet, & ut sic solum reperitur in patria.

Dices: Essentialis beatitudo consistit in operatione: Ergo ornamenta illius, qualia sunt dotes, in operatione, & non in habitu debent consistere. Consequentia patet: operatio enim non dicitur cum proprietate ornari per habitus. Confirmatur: Dotes matrimonium exornant, & ornata illius, & consequenter illud consummationem inducunt: At matrimonium consummatur essentialiter per actum, non in actu: Ergo dotes non in habitibus, qui beatitudinem continentem praeparant, sed in actibus illam consequentibus, sicut consistunt.

Ad illam autem responsio, dotes esse ornamenta beati in concreto, sed in habitu beatitudinis in abstracto, nisi ea ratione quae dotes antecedens vel concomitans formam, potest dici ornamentum illius: Beatus autem habitibus & actibus exornatur, sicut ut dotes, illis ut complemento dorem. Ex quo patet solutio ad confirmationem: dotes enim non tam matrimonium quam contrahentes exornare dicuntur.

§. III.

Cellularium notatu dignum.

EX dictis inferes contra aliquos ex nostris Thomistas, 16 dorem comprehensionis, neque in relatione ad finem praesentem & habitum in voluntate existentem, neque in habitu caritatis consistere, sed in habitu luminis gloriae, ut tenente habitualiter visionem, quae est tentio & comprehensio actualis.

Prima pars patet ex dictis: Nam ex D. Thomae supra ostendimus dotes esse habitus, qualitates, aut dispositiones. Sed comprehensio veram habet rationem dotes: Ergo non in relatione, sed in habitu consistit.

Confirmatur: Comprehensio est terminus inflectionis spei, & illius imperfectionem excludens: At inflectio spei non est ad relationem, sed ad ejus fundamentum, per quod spei imperfectio excluditur: Ergo non in relatione, sed in aliquo relationem fundante debet consistere.

Secunda pars suadetur: Comprehensio idem est quod tentio & affectio: Sed affectui & tenere obiectum, non spectat ad voluntatem, quae affectiva non est, ut docuit D. Thomas

mas supra q. 3. art. 4. Ergo comprehensio est habitus luminis gloriae existens in intellectu, qui affectivus est, & veluti manus intellectualis anime, qua obiecta tenet & apprehendit, ut dicitur 3. art. 2. fufe expendimus.

§. IV.

Solvuntur objectiones.

20. Obijcies primo: D. Thomas hic quest. 4. art. 3. ad 2. ait: *Sicut ad voluntatem pertinet spes & amor... ita etiam comprehensio & delectatio.* Et in resp. ad 3. *Comprehensio, inquit, non est aliqua operatio, praeter visionem, sed quaedam habitudo ad finem habitum:* Ergo ex Divo Thoma comprehensio spectat ad voluntatem, nec est operatio, vel habitus, sed habitudo voluntatis ad finem iam habitum.

21. Respondeo, comprehensionem spectare ad voluntatem, non elicitive, seu objective & terminative, in quantum summum bonum, comprehensionem per intellectum, est obiectum voluntatis, & finis seu terminus, in quo voluntas quiescit.

Ad illud quod subditur, dicendum est comprehensionem importare praedictam relationem in voluntate, non ut constituentem dorem, sed ut quid consecutum ad illam: ex eo enim quod intellectus per lumen gloriae & beatificam visionem finem consequitur, resultat in voluntate relatio seu habitudo ad finem iam habitum, in quo tanquam in termino voluntas quiescit.

22. Obijcies secundo: Visio & comprehensio sunt dotes distinctae: At visio dos consistit in lumine gloriae, ut habitualiter Deum vidente: Ergo comprehensio non in lumine, nec in aliquo ad intellectum, sed ad voluntatem spectante, debet consistere.

Respondeo praedictas dotes solum ratione distingui, ad quod sufficit quod lumen, ut est dos visionis, tendat ad Deum ut clare videndum, & correspondet fidei; ut vero comprehensio est, tendat ad Deum, ut voluntati tenendum & proponendum, & correspondet spei.

23. Obijcies tertio: Comprehensio est terminus inflectionis spei, ejus imperfectionem excludens: At lumen gloriae non est terminus inflectionis spei, sed potius visio; cum per spem non tendamus ad tenendum per habitum, sed per actum perfecte & consummate tenentem: Ergo dato quod dos comprehensionis spectaret ad intellectum, non in habitu luminis, sed in actu visionis deberet consisti.

24. Respondeo distinguendo Majorem: Est terminus inflectionis spei, exornans & disponens animam ad conjunctionem cum Deo, concedo Majorem: terminus conjunctionis cum Deo, nego Majorem. Similiter distinguo Minorem: Lumen gloriae non est terminus inflectionis spei, actu conjunctionis cum Deo, concedo Minorem: exornans & disponens ad conjunctionem cum Deo, nego Minorem, & Consequentiam. Itaque per spem tendimus ad conjunctionem cum Deo, quae fit per visionem, tendimus etiam ad ornatum anime, illam ad praedictam conjunctionem disponentem: & haec secunda sententia tollitur per lumen gloriae, animam exornans, & disponens ad actualem cum Deo conjunctionem: dos autem comprehensionis, non in actuali conjunctione cum Deo, sed in ornamento anime ad illam disponente, debet consistere, ut ex supra dictis patet.

ARTICULUS II.

Quatuor dotes corporis gloriosi explicantur.

25. Quomodo in ingressu beatitudinis anima desponsata Christo, & ad matrimonium, donum, & gratiam sponsum, indissolubili nexu ex tunc admittit, accipit tres dotes, scilicet visionem, comprehensionem, fruitionem, ut articulo praecedenti ostensum est: ita corpus in resurrectione, quando anime beate conjugetur, quatuor dotes seu ornamenta recipit, nempe impassibilitatem, subtilitatem, agilitatem, & claritatem, ut fiat dignum habitaculum anime gloriae, & Deo desponsatae: Sicut enim (inquit S. Doctor 4. contra gentes cap. 86.) *animas hominum elevabitur ad gloriam spirituum caelestium: ut Deum per esse sentiant videntes... ita ejus corpus sublimabitur ad proprietates caelestium corporum, in quantum erit clarum, impassibile, absque difficultate & labore mobile, & perfectissima sua forma perfectum.* Unde Paulus 1. ad Corinth. 15. *Seminatur corpus nostrum in corruptione, surgit in incorruptione: seminatur corpus nostrum in ignobilitate, surgit in gloria: seminatur corpus nostrum in infirmitate, surgit in virtute: seminatur corpus animale, surgit corpus spirituale.* Id est, corpus nostrum in hac vita est obnoxium corruptioni & morti, committiturque sepulture, ut semen committitur agro: sed resurget incorruptibile, impassibile, clarum, agile, & subtile, ac perfecte subiectum spiritui, & quasi ad conditionem spiritus elevatum: tunc enim (inquit idem Apollolus ad Thel. 2. Genes. Tom. III.

Philipp. 3.) *Christus reformabit corpus humilitatis nostrae figuratum corpori claritatis suae: id est, efficiet corpora nostra similia corpori suo glorioso, & iidem dotibus & perfectionibus illa dotabit, quibus in resurrectione fuit ipse ornatus.* Unde praclare Leo Papa homil. de Transfiguratione ait: *In illo Christi mysterio spes Ecclesiae fundabatur, ut vitam agnosceret qua esset communitate donandum, & ejus honoris consorcium sibi membra promitterent, qui in capite praesulisset.*

§. I.

Prima dos corporis gloriosi.

Prima dos corporis gloriosi est impassibilitas, quae non solum mortem & corruptionem, sed etiam omnem dolorem & passionem laesivam, seu corruptivam excludit: unde corpora damnatorum, quae futura sint incorruptibilia & perpetua, non tamen impassibilia, quia non erunt experta passionis nocivae, sed acerbissimos secundum omnes sensus patientur dolores. Dixi autem *passionis laesivae seu corruptivae*: quia dos impassibilitatis non excludit passionem perfectivam, qualis est receptio actuum immanentium, sensitivorum & accidentium omnium perfectivorum, sed solum passionem laesivam & corruptivam, secundum quam alteratur subiectum, & male disponitur.

Si autem queras unde dos illa in corporibus gloriosis proveniat? Respondeo cum D. Thoma in 4. dist. 44. q. 2. art. 1. illam ex plena & perfecta subiectione corporis ad animam, tanquam a prima radice, orituram. Sicut enim corruptibilitas in corporibus sublanaribus ortum habet ex imperfecto dominio formae in materiam, ac non plena subiectione materiae ad formam; quomobrem dicit Philosophus 1. Physic. cap. ultimo, *Materiam non sistantiam forma machinare maleficium*; quia nimirum dum forma eam complete non actuat, nec totum ejus appetitum explet, ipsa materia dat locum alterationibus & dispositionibus pro introductione formae contrariae; & converso autem corpora caelestia ideo sunt incorruptibilia, quia forma totaliter dominatur materiae, totaliterque illam ad suum esse trahit, ut expleat totum ejus appetitum, nec relinquat famelicum alterius formae, sicut materia non dat locum alterationi corruptivae introducenti dispositiones ad talem formam: ita pariter, quod corpus nostrum natura sua corruptibile, reddatur incorruptibile, provenire debet ex dominio anime supra ipsam, seu ex plena subiectione ipsius ad animam, qua fiet, ut materiae potentialitas & appetitus ita maneat sibi, aut saltem cohibita & ligata ad ipsam formam seu animam, ut nulli alterationi vel dispositioni ad aliam, locum aperiant, aut relinquant.

§. II.

Secunda dos corporis gloriosi.

Secunda dos corporis gloriosi dicitur subtilitas: cujus praecipuus effectus erit, corpus gloriosum ab omni terrenae labis concrectione & crassitie reddere liberum, ipsumque, aliquo animale & terrestre, efficiere quasi caeleste & spirituale, juxta illud Apolloli 1. ad Cor. 15. *Seminatur corpus animale, surgit corpus spirituale.* Non quidem quod post resurrectionem corpus mutandum fit in spiritum, ut quidam haeretici olim dicebant, quorum meminit Augustinus 13. de civit. cap. 20. vel quia aeri aut vento simile erit, ut somnabat olim Eutychius Patriarcha Constantinopolitanus, sicut refert D. Gregorius 14. Moral. cap. 20. & ultimo: sed quia erit spiritui perfecte subiectum, & quasi ad conditionem spiritus elevatum, ut supra diximus.

Quod ut magis percipiatur, advertendum est, quod anima rationalis & dicitur anima, & vocatur spiritus: primum convenit illi, in quantum informat corpus in ordine ad actiones vitales omnino materiales, sicut sunt operationes partis vegetativae, generatio, nutritio, augmentatio, &c. in quo convenit cum ceteris formis vitalibus materiae immerfis: posterius vero convenit illi, in quantum habet affinitatem cum intelligentiis, & substantiis separatis. Quia igitur in resurrectione anima non exercebit per corpus, nisi operationes aliquo modo spirituales, & valde elevatas supra materiam, cessabitque ab operationibus partis vegetativae pure materialibus & animalibus, juxta illud Apolloli 1. ad Corinth. 6. *Esca ventri, & venter escis: Deus autem & hunc & illas destruet*; id est, post resurrectionem nullus erit escaram & ciborum usus, nullum ventris in illis digerendis officium: ideo dicitur illud informare, non tam ut anima, id est, ut animalis forma, quam ut spiritus & intelligentia; & corpus fit informatum, tunc non dicitur animale & terrestre, sed subtile & spirituale.

In hoc conveniunt omnes Auctores: sed difficultas & controversia est, an dos subtilitatis non solum hunc effectum

primam coronam sit significari primum essentiale Beatorum; per suppositum vero aureolum, primum accidentiale, quod essentiali superponitur.

49 Hujus aureole definitionem tradit D. Thomas 4. sent. dist. 49. q. 5. art. 5. dicens illam esse Privilegium primum, privilegia victoria respondens. Duplicem nempe victoriam in via Justit reportant; unam ex vi caritatis; & hanc uti precipua, precipuum respondet primum, beatitudo scilicet essentialis, qua aurea dicitur; alteram vero ex vi alienius virtutis, puta fortitudinis, aut virginitatis, & hanc respondet beatitudo quaedam accidentalis, quae appellatur aureola.

50 In quo autem hoc primum accidentale consistat, non est omnium concors sententia, aliqui enim olim dicebant esse solum speciale decorum & ornatum in corporibus Beatorum, per modum alicujus figure vel signi corporei, quod singularum eorum dignitatem offenderet. Quam sententiam rejicit D. Thomas loco citato, quia omnis decor corporis redundat ex anima gloria: Ergo & specialis ille decor provenit ex speciali gloria anime, subindeque illi non erit beatitudo accidentalis & aureola. Licet ergo in corporibus Sanctorum, qui aliqua aureola ornati sunt, sit specialis quidam fulgor, vel decor, ut infra dicemus, hic tamen non est aureola formaliter, sed dumtaxat effectus aut signum illius.

Alii, quos etiam refert S. Thomas, dixerunt has aureolas nihil aliud esse, praeter visionem beatam, datam hoc vel illo titulo: v. g. quatenus in premium martyrii datur, dicitur aureola Martyrum, prout in premium virginitatis conferunt, aureola Virginum appellatur, &c. Sed hoc etiam merito improbat S. Doctor, si enim idem esset aurea & aureola, non diceretur aureola aurea superponi. Deinde, premium respondet merito. Sed est speciale meritum ex pugna contra concupiscentiam in Virgine, & contra hostes fidei in Martyre: Ergo debet esse speciale premium distinctum ab essentiali.

51 Dicendum ergo cum D. Thoma aureolam esse gaudium quoddam accidentale, quod Beati percipiunt ex victoria, quam in vi alienius virtutis particularis, puta fortitudinis, aut virginitatis, reportant.

Hujus vel non alia ratio addi potest, nisi quia nihil aliud potest assignari, in quo consistat aureola, non enim est splendor corporis, ut offendimus, nec signum quoddam spirituale imprectam anime, ad modum characteris, qui in susceptione quorundam Sacramentorum imprimitur, ut quidam somniant, nec visio, aut delectatio de Deo ut viso, haec enim pertinent ad auream vel formaliter, vel consecrative, & reperiuntur in omnibus Sanctis, superest ergo quod sit gaudium aliquod accidentale, de insigni aliqua victoria reportata, unde aureola formaliter in voluntate residet; quamvis supponat cognitionem ex parte intellectus, & ex ea quidam decor & pulchritudo redundet in corpus, ut infra patebit.

52 Ceterum aureolam triplicem, Martyrum scilicet, Virginum, & Doctorum, agnoscunt Theologi. Etenim non quolibet egregium opus aureolam promeretur, sed solum insignis quaedam victoria de hoste reportata, haec vero triplex est, sicut videtur pugna contra triplicem hostem, mundum scilicet, carnem, & diabolum. Vincitur mundus contemptu mortis, quae maximum est omnium malorum, quae possit mundus inferre, & ita felici victoria vincunt Martyres, dum moriuntur. Vincitur caro, quia nos ut proprio baculo hostis cadit, inquit Bernardus, cum ejus illecebris resistitur; ita carnem subigunt Virgines, & de hoste domestico, contra quem est continua pugna, & de quo rara victoria, glorioso triumphant. Vincitur denique diabolus, cum a cordibus ejicitur hominum, in quibus regnat, & tyrannidem exercet; unde idem Bernardus peccatores vocat nidum diaboli: ita Doctores, Praedicatores, Scripturae sacrae interpretes, Demonem vincunt, quem a suo regno deturbant.

53 Porro dubitant aliqui, quamnam ex his tribus aureolis potior sit ac praestantior? Ratio dubitandi est, quia aliqui SS. Patres videntur praefere Virginitatem Martyrio; ait enim Tertullianus: *Majus est vivere cum castitate, quam mori pro castitate.* Et Hieronymus: *Inter omnia Christianorum certamina, duriora sunt praesens castitatis, in quibus est continua pugna, & rara victoria.* Item Cyprianus libro de habitu Virginum, asserit quod virginitas, *Eles est Ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gratia spiritualis, Dei imago respondens ad sanctissimum Domini, & demum de Virginitas ait, quod fuit illustrior portio gregis Christi.*

54 Dicendum tamen est cum S. Thoma in supplem. q. 96. art. 12. quod, praerogative aureole ad aureolam potest quod dupliciter attendi. Primo ex parte pugnae, ut dicitur aureola potior, quae fortiori pugna debetur, & per hunc modum aureola Martyrum alius aureolis supereminet quodammodo, & aureola Virginum alio modo; pugna enim Martyrum est fortior secundum seipsam, & vehementius affligens, sed pugna carnis est periculosior, in quantum est diuturnior, & magis nobis imminet & vicino. Secundo, ex parte eorum de quibus est pugna,

& sic aureola Doctorum inter omnes est potior, quia hujusmodi pugna versatur circa bona intelligibilia, alia vero pugna circa sensibiles passiones. Sed illa eminentia quae attenditur ex parte pugnae, est aureola essentialior; quia aureola secundum propriam rationem respicit victoriam & pugnam; difficultas autem pugnae quae attenditur ex parte ipsius pugnae, est potior, quam illa quae attenditur ex parte nostri, in quantum est nobis vicinior; & ideo simpliciter loquendo, aureola Martyrum inter omnes est potior... sed quantum ad aliquid, nihil prohibet alias aureolas excellentiores esse. Quamvis autem, an in corporibus beatis futurum sit aliquid speciale correspondens aureolis in anima existentibus?

Hic etiam interrogationi satisfacit D. Thomas loco citato artic. 10. ubi sic ait: „Sicut ex gaudio essentialis praemii quod est aurea, redundat quidam decor in corpore, qui est gloria corporis, ita ex gaudio aureola refultat aliquid decor in corpore: ut sic aureola principaliter sit in mente, sed per quendam redundanciam reluceat etiam in corpore vel in carne.“

Quod si adhuc quaeras, utrum in toto corpore, vel in aliqua speciali parte, futurum sit ille specialis decor? Respondet Scotus in 4. dist. 49. q. 5. art. 2. probabile esse quod talis decor specialiter luget in capite, & figuram ejusdem coronulae diversificate coloribus reiert: non quod ex mixtione qualitatum naturalium, quae in Beati sunt, varietas illa colorum in aureolis oriatur; sed quod claritas ipsa gloriae in capitibus Virginum decorum quendam alboris praese ferat, & in Martyrii coloris purpurei, in Doctoribus vero subviridis. Addit idem Auctor, quod fortassis virgines portabant in manibus alba lilia; Martyres palmas, juxta illud Apocal. 7. *Amici stolis albis, & palmae in manibus eorum;* & Doctores virides ramos; nihil enim vetat, quominus caelestis claritas illas efformet varietates. Quamvis autem requiratur ad obtinendam triplicem illam aureolam, in Manuali Thomistarum tract. de beatitudine cap. 5. §. 3. declaravimus. Unde ad hunc locum Lectorem remittimus.

ARTICULUS IV.

De fructibus Beatorum, & quomodo ab Aureolis distinguantur?

Praeter Aureolas, ad accidentalem beatitudinem pertinent etiam Fructus spiritualis, seu Evangelicus, qui per metaphoram & similitudinem ad fructum materialem multipliciter dicitur. Primo enim ratione dulcedinis sumitur per fructum, quia in via vel in patria reficimur, ut imperfecte, vel perfecte habet rationem ultimi, fructus enim materialis est ultimus arboris & terminus virtutis ejus. Secundo sumitur per actionibus virtuosas, ex quarum operatione mens etiam sincera delectationem reficit, sed non per modum ultimi, & hoc modo hujusmodi fructus duodecim enumerantur, scilicet Caritas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Tertio sumitur, ut est quoddam veluti commodum ex labore agriculturae expectatum; quo sensu loquens Apostolus ad Romanos 6. *habetis (inquit) fructum vestrum in sanctificatione, sicut vero vitam aeternam.* Quarto tandem sumitur secundum quod ex bono quasi femine in terra bene disposita, in minori vel majori quantitate confurgit, ad quod alludens Christus Matth. 13. dicit: *Semen cadit in terram bonam, & aliquid dedit fructum centesimum, aliquid sexagesimum, aliquid trigintimum.* Et de fructu in hac ultima acceptione agimus in praesenti, qui definitur a D. Thoma in Supplem. quest. 96. art. 2. *Premium quoddam accidentale homini debitum, ex hoc quod ex carnali vita in spiritualem transit, ad modum quo ex terreno semine fructus confurgit.* Tria autem quae possunt de illo. Primo utrum differat ab Aureola, & quomodo? Secundo, an soli virtuti continentiae debeat? Tertium, utrum, secundum tres continentiae partes, tres etiam fructus convenienter assignentur?

§. I.

Prima difficultas resolvitur.

Dico primo: Fructus Evangelicus realiter differt ab Aureola. Ita D. Thomas in 4. dist. 49. q. 5. art. 2. quaest. 1. Scotus ibidem, & alii.

Probatur primo conclusio: Fructus consistit in gaudio 59 quod habetur de ipsa dispositione operantis, secundum spiritualitatis gradum, in quem proficit ex semine verbi Dei: Aureola vero, in gaudio de operum perfectione percipit. Sed haec duae rationes distinguunt realiter; nam prima habet rationem viae, tendentiae, & progressus; secunda vero rationem finis: Ergo Fructus Evangelicus realiter differt ab Aureola.

Probatur secundo: Quae possunt separari realiter, et. 60 distinguuntur.

Anguntur realiter. Sed Aureola, & Fructus possunt separari realiter, & de facto separantur, ut patet in viduis, quibus debetur Fructus, non tamen Aureola: Ergo realiter distinguuntur.

61 Tertio: Fructus, & Aureola diversis divisionibus incompossibilibus dividuntur: Ergo distinguuntur realiter. Consequenter patet, probatur Antecedens: Nam Aureola dividitur in Aureolas Martyrum, Doctorum, & Virginum: Fructus vero in Fructus Conjugatorum, Viduarum, & Virginum; quae divisiones, saltem duae ultima, sunt impossibiles; & de tertia statim explicabitur: Ergo Fructus Evangelicus realiter differt ab Aureola.

Dices: Eidem merito non debentur diversa praemia: Sed idem est meritum Virginum: Ergo non debent ei correspondere duo praemia, Aureola scilicet & Fructus.

Respondeo distinguendo Majorem: secundum idem concedo: secundam diversam, nego: si enim non solum unicum praemium, sed etiam tria eidem virginitati competere possunt: nam prout impertur a caritate, correspondet ei gloria essentialis: prout est opus habens rationem excellentis victoriae, Aureola: quatenus vero fit per illam a carnalitate ad spiritualitatem transitus, Fructus, etiam centesimus, ut dicit Glossa super locum Matth. citatum, & asserunt D. Hieronymus contra Jovinianum, Beda in caput 8. Lucae, & alii.

§. II.

Alia difficultas expeditur.

Dico secundo: Fructus trigemus, sexagesimus, & centesimus, licet diversis rebus accommodari possit, speciali tamen ratione competit virtuti continentiae.

62 Probatur prima pars: Nam locus ille Matth. exponitur a D. August. lib. de sancta virginitate cap. 45. & 46. & a D. Thom. in Matth. cap. 13. de gloria essentiali, juxta modum incipientium, proficientium, & perfectorum: vel etiam ab eodem August. lib. 1. quaest. Evangelicarum quest. 9. 10. & 11. de Conjugatis, Virginitate, & Doctoribus: Theophylacto, D. Anselmo, & D. Gregorio, de vita contemplativa, & de vita mixta perfecte exercita: & tandem a D. Remigio, relato a D. Thom. in catena aures, de bona cogitatione, de bona locutione, & de bono opere. Item Ecclesia in Hymno laudam S. Joannis Baptiste, qui fuit Virgo, Doctor, & Martyr, tres istos Fructus, Virginitati, Doctrinae, & Martyrio ejus accommodat, dum cauit:

*Serva ter donis alios coronans
Aurea cernentis, duplicata quosdam;
Trina centena cumulata fructus,
Te facer ornans.*

Atqui haec SS. Patrum, & Ecclesiae expositiones non possunt non esse legitima: Ergo, &c.

63 Probatur secunda pars quae est communis, ratione D. Thomae: Fructus Evangelicus illi virtuti praecipue correspondet, quae hominem specialiter a carnis corruptione liberat, eamque efficit spiritualem: Sed hoc praecipue pertinet in trigintimum, sexagesimum, & centesimum, speciali ratione competit virtuti continentiae. Major declaratur: nam Fructus Evangelicus oritur ex semine Evangelico, quod est verbum Dei, cuius proprium est carnales homines in spirituales & divinos convertere, & ac proinde Fructus Evangelicus illi virtuti proprie debetur, quae homines magis a carnis corruptione liberat, & facit spirituales, sive quae magis terram cordis nostri disponit, ut a carnalitate ad spiritualitatem transeat. Minor vero probatur, primo auctoritate Christi Matth. 22. *In resurrectione neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei in celo:* quo loco ex privatione delectationum carnalium infert Angelicam spiritualitatem. Secundo probatur ratione: quia homo praecipue carni subijcitur per venereas delectationes; ita ut in actu carnali, nec spiritus prophetae corda Prophetarum tangat, ut docet D. Hieronymus, nec fit possibile aliquid intelligere: eo quod per illum ratio totaliter absorbeatur, ut asserit Philoophus 7. Ethic. cap. 14. Ergo virtuti continentiae praecipue competit hominem a delectationibus carnalibus abstrahere, eumque efficere spiritualem.

64 Dices: Fructus correspondet labori, juxta illud Sap. 3. *Bonorum laborum gloriosus est fructus.* Sed major est labor in aliis virtutibus, v. g. in ponendo modum per abstinentiam & sobrietatem in cibis & potibus, sine quibus vita non potest transigi, sicut potest sine delectationibus carnis; vel in fortitudine ad vincendos labores, & passiones: Ergo potius illis virtutibus debet correspondere fructus, quam continentiae.

65 Respondeo fructum, sub ratione fructus, non tam correspondere labori, quam fructificationi ad quam continentia magis disponit, quam abstinentia: nam delectationes quas ista reprimat, non ita absorbent rationem, quam delectationes venereae, nec consequenter tantum impediunt fructificationem. Idem dico de laboribus & passionibus, Theol. Genet. Tom. III.

§. III.

Tertia difficultas elucidatur.

Dico tertio: Convenienter distinguuntur tres continentiae partes, scilicet Conjugatorum, Viduarum, & Virginum: quibus Fructus trigemus sexagesimus, & centesimus correspondet.

66 Probatur prima pars ratione D. Thomae. Per continentiam homo separatur ab operibus carnis, & in quendam spiritualitatem transt: Atqui tribus tantum modis potest ab illis per continentiam separari: Ergo &c. Probatur Minor: Vel enim illa separatio fit per continentiam omnino necessariam, vel per superabundantem? Si per necessariam, solum est continentia Conjugatorum, qui delectationibus carnis secundum rationem utentes, spiritus rectitudinem non pervertunt: Si per superabundantem, vel est ita superabundans, ut omnino homo ab hujusmodi delectationibus abstrahatur, & respectu ejuslibet temporis, praesentis, praeteriti, & futuri; & sic est continentia & spiritualitas Virginum: vel solum secundum aliquod tempus, & sic est continentia & spiritualitas Viduarum. Ergo tribus tantum modis a voluptatibus carnis abstrahitur, ac proinde tres tantum dantur continentiae partes.

67 Probatur secunda pars ex similitudine seminis: Nam regulariter graea in terra pingui seminata, pro uno triginta reddunt: in anno abundantis sexaginta, in feracissimo centum: quod licet raro contingat, de facto tamen aliquoties evenit; ut constat Genesis 26. ubi dicitur: *Seminavit Isaac in terra illa, & invenit in ipso anno centuplum;* Sed Conjugati frequentiores sunt quam Viduae, & haec Virginitas, arripere rarissimas, comparatione aliorum: Ergo fructus trigemus correspondet continentiae conjugali, sexagesimus viduali, & virginali centesimus.

68 Objicies primo: Fructus nominat aliquod premium speciale, quod non convenit omnibus Beatis, sicut nec Aureola: Sed tres fructus assignati conveniunt omnibus Beatis; cum omnes sub tribus illis continentiae partibus comprehendantur; sunt enim vel conjugati, vel vidui, quatenus sub illis continentur etiam non conjugati, vel Virgines: Ergo non debent sic assignari.

69 Respondeo primo, negando Majorem. Nullum enim est inconveniens, quod aliquod accidentale premium sit omnibus Beatis commune, sicut essentialia.

Respondeo secundo, negando Minorem. Poenitentes enim in fine vitae, qui usque ad illam periodum incontinententer vixerunt, sub nullo illorum statum continentur.

70 Objicies secundo: Sicut viduitas excedit continentiam conjugalem, ita virginitas viduitatem: Sed sexagenarius non excedit aequaliter trigentarium, comparativo ad centenarium; siquidem sexagenarius excedit trigentarium in triginta solum, exceditur vero in quadraginta a centenario: Ergo inconveniens est illa accommodatio.

71 Respondeo cum S. Thoma in Supplem. q. 95. art. 4. ad 5. quod distinctio fructuum magis accipitur secundum species & figuram numerorum, quam secundum quantitates ipsorum: tamen etiam quantum ad quantitatis excessum, potest aliqua ratio assignari: Conjugatus enim abstrahit tantum a non sua: Vidua vero a suo, & non suo; & sic invenitur illi quaedam ratio dupli, sicut sexagenarius est duplex ad trigentarium: centenarius vero supra sexagenarium addit quadragenarium, qui confurgit ex ducta quaternarii in denarium. Quaternarius autem est primus numerus solidus & cubicus; & sic convenit talis additio virginitati, quae supra perfectissimum viduitatis, perpetuam incorruptionem adjuvat.

DISPUTATIO VI.

De adeptione Beatitude.

Ad quaest. 5. D. Thomae.

66 Pauca circa hanc questionem occurrunt dicenda: quae enim hic aliqui de possibilitate, appetitu, & inaequalitate beatitudinis inferunt, in Tractatu de visione beata fuere a nobis exposita. Unde fit

ARTICULUS I.

Utrum anima iustorum a corporibus separata, & plane purgata, statim consequatur beatitudinem?

Partem negativam tenuere olim plures ex SS. Patribus, tam Graecis, quam Latinis, exillimantes animas iustorum a corporibus separatas, ac plane purgatas, non fore beatas, nec vilis divinam essentiam, usque ad diem iudicii.